

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Qvod Ivdaeи Messiam, Qvi uenit, ceu uenturum, temere  
expectent**

**Samuel <Marochitanus>**

**Argentorati**

**VD16 S 1561**

Caput .VI. Quod sit illud Peccatum propter quod Iudei sunt in hac  
captiuitate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36159**

## VERI MESSIAE

patribus nostris in Prophetis, id est, Hieremias, et alijs  
Prophetis, et dedit eis Salathiel ducem et principes et  
sacerdotes, cum quibus exiuerunt de Babylone, peracta  
poenitentia, et placato Deo edificauerunt Hierusalē, et  
templū, et alias ciuitates, et effudit Deus super illos mi-  
sericordias suas copiose. Et tamen in ista captiuitate nullus  
Prophetā nobiscū est, nec Deus, ut apparet. Igitur domi-  
ne, inquirā et non cessabo querere quod Peccatū est id  
tantū, propter quod sumus in hac captiuitate mille annis,  
et ultra, nechabemus Prophetā, nec regē, nec sacerdotē,  
nec altare, nec sacrificiū, nec unctionem, nec incensum,  
neque purificationem, immo facti sumus ab ominabiles toti  
mundo, sicut Deo, et contemptibiles, in solo corde tan-  
tū nostre regnat superbia, qua nosipsoſ præferimus toti  
mundo. Et quod super hoc sentio pandā tibi, domine mi.  
Nec minus, quicquid cueniat nos Dei sumus.

Caput. VI. Quod sit illud Peccatum propter quod Iudei  
sunt in hac captiuitate.

**N**unc ergo, domine mi, pauco quod id Peccatū pro-  
pter quod sumus in hac desolatione, et in captiui-  
tate ista, sit illud Peccatum super quo locutus est  
Deus per Prophetā Amos. ij. cap. cum dicit sic. Super tri-  
bus sceleribus Iuda conuertam et uel transferam. Israēl.  
Nota quod ubi in Biblia nostra est conuertam, hic habet  
transferā, et est ad propositū eius magis et super quarto  
non transferam eos, quoniam uendiderunt iustum pro-  
argentō.

P A R A S T A S I S.

argentō. Et nos, domine mi, secundū doctrinam nostrā dicimus quod iste iustus fuit Ioseph filius Iacob, qui fuit uēditus à fratribus suis in Aegypto, & sic teneo, ego nisi q̄ sermo diuinus ponit istud Peccatū uenditionis quartū in numero Peccatorum seu scelerū Israēl. Ipsi etiam Christi ani quibus sanctorū libroru studium uidetur esse traditū à deo, respondet doctrinæ nostræ prædictæ, et dicūt, quod primum in quatuor sceleribus Israēl est uenditio Ioseph à fratribus suis. Et secundum Peccatum siue scelus, assignat adorationem uituli in Oreb. Et tertium scelus occisionē Prophetarum, propter quod fuimus captiuati in Babylonia lxx annis. Et dicūt quod quartū scelus Israēl fuit ueneditio iusti. s. I E S V qui ad literā fuit uēditus post trāsmigrationem præfatam lxx annorum. Et si nos, domine, uolumus tenere præfatam doctrinam nostrā, & respondere Christianis, oportet quod nos assignemus ī Israēl ante uēditionem Ioseph uaria sclera præcessisse, ut ipsa uēditio Ioseph sit quartum scelus. Sed hoc nō poterimus sustinere, quia testimoniu libri Genesis est cōtra nos, qui uēditionē Ioseph ponit primum scelus filiorum Israēl. Et propheta Amos ponit expresse quartum scelus uenditionem iusti, propter quod fuimus ī captiuitate, de qua loquitur Deus, cōminans quod nō reducet nos ultra ī terram promissiōnis, cum dicit, Et super quarto non transferam eos, quoniam uendiderunt iustum pro argento. Et manifeste apparet mihi q̄ nos super illo peccato quarto uēditionis iusti, iuste sumus puniti, iam sunt mille anni, & ultra, in quo tē pore

lijſ  
C  
cta  
G  
mi  
lus  
mi  
id  
is,  
ē,  
n,  
oti  
ti  
ui  
ei  
ro  
ui  
st  
=  
et  
o  
o  
,

VERI MESSIAE

pore nil proficimus inter Gentes, nec est spes proficiendi  
amplius.

CAPVT · VII ·

Quod iustus Iesus Christianorū Deus iniuste uēditus sit.

**E**xpauesco, domine mi, et timeo q̄ iste Iesus quem  
colunt Christiani, sit ille iustus uenditus pro argēto  
secundū Amos prophetā. Et timeo quod de ipso sūt  
hæc quæ mihi occurrunt testimonia Prophetarū, et illa  
eadem in doctrina sua ualde aperte applicant Christiani.  
Esa. propheta primo cap. dicit. Ve genti peccatrici filijs  
sceleratis, quoniam ipsi clongauerunt se à Deo, et blas-  
phemauerunt sanctū eius, et inclinati sunt retrorsū. Item  
idem Prophetā dicit. Quasi ouis ad occisionem ductus est  
qui non aperuit os suum. Item dicit. Vir habens dolorem  
et sciens infirmitatem. Item fuit despectus et propter  
hoc non reputauimus eum, ipse enim oblatus est quia ipse  
uoluit. Item de angustia iudicij depositus est, generationē  
eius quis enarrabit? Item propter culpā populi mei trā-  
fixi eum, et dabit iniuriatores pro sepultura et diuites  
pro morte sua. Et timeo, domine mi, quod iniuriatores fu-  
erūt Patres nostri, et diuites, Pilatus et Herodes: et An-  
na et Cayphas, sicut dicit Prophetā David. Consurrexe-  
runt omnes reges terrae et maiores, et contra Deum et  
contra Christum eius. Reges. s. prædicti: Maiores. s. patres  
noſtri. Et timeo domine quod iste I E S V S sit ille cōmu-  
tus et uēditus p̄ argēto, de quo loquitur Zacharias Pro-  
pheta,

